

De Aconitis quibusdam alpinis.

Auctore dr. Gy. Gáyer.

1. Aconitum dolomiticum Kern. — Dr. A. de HAYEK in opere *Die Saamtaler Alpen*, 1907 p. 96 Aconiti speciem napelloideam in Alpibus Lithopolitanis proveniente sub nomine *A. dolomitici* A. KERN. HERB. descriptum refert et sequentibus verbis illam ab affinibus discernit:

«Von dem zunächst verwandten *A. tauricum* KOELLE durch behaarte Blütenstiele und Traubenspindel, einen höheren Helm und den kopfigen Sporn der Honigblätter verschieden.»

In herb. Univ. Vindobonensis adest copia sat magna speciminum in Alpibus Lithopolitanis locis variae altitudinis (700—1900 m) et in stationibus diversis lectorum, quae omnia ad eandem speciem vel formam, nempe *A. dolomiticum* KERN.: HAYEK l. c. pertinenda esse censeo et quorum illa, in summis montibus lecta statura humili simplici, racemo perfoliato excellunt (veluti in *A. taurici* typo esse solet), illa autem e locis humilioribus provenientia iam altiora, racemo saepe minus perfoliato, raro etiam ramoso inveniuntur. Planta haec Lithopolitanarum Alpium sequi characteribus ab *A. taurico* dignoscitur: 1. Quum etiam in regionibus humilioribus provenit., statura saepius altiori. — 2. foliorum laciniis in universum paulo latoribus et saepe squarroso divergentibus. — 3. racemo saepe minus vel non folioso; simplici ut in *A. taurico*, rarius ramoso, — 4. pedunculis saepe longioribus erecto patentibusve, — 5. floribus in universum paulo maioribus, casside altiore et nectarii calcare plerumque distinctius capitato, — demum pro 6. axi racemi pedunculis sepalisque plerumque crispule-pilosis, rarius fere v. omnino glabris; discrimina igitur ab *A. taurico* tantum relativa, sed ob relationem geographicam tamen non negligenda.

Nuper autem in herb. A. KERNERI spec. authenticum *A. dolomitici* examinavi et ex hoc specimine (Tirol, Vischleintal prope Sexten. leg. HUTER *A. taurico* typico = *A. Koelleano* REICH. intermixtum), simul e notitia ipsius KERNERI «*A. dolomiticum* M. = *A. tauricum* REICH.» mihi persuasus sum *A. dolomiticum* KERN. nihil aliud esse, quam *A. tauricum* REICH. ill. Ac., icones fl. germ. — non WULF., *A. taurericum* REICH. Mon. Ac. i. e. forma, quae ab *A. taurici* typo nil nisi filamentis ciliatis (vel etiam inflorescentia pilis parcissimis hinc inde inspersa) differt et plerumque cum illo consociatum provenit. *A. dolomiticum* KERN. igitur cum *A. dolomítico* HAYEK non convenit.

Quam ob rem, et cum nomen *dolomitici* in genere *Aconiti* ad signandam aliam plantam iam prius adhibitum fuerat (EVERS

i. Verh. Z. B. Ges., Wien, 1896 172), *A. dolomiticum* HAYEK nomine illustr. Prof. Dr. A. DE HAYEK *A. Hayekianum* saluto.

Ex inde formas *A. taurici* WULF. sequenti modo propono:

1. *A. tauricum* WULF. = *A. Koelleianum* REICHB., i. e. forma typica filamentis glabris. Alpes orientales.

2. *A. taurevicum* REICHB. Mon. Ac. = *A. tauricum* REICHB. ill. Ac., Fl. germ. exc., icones fl. germ. = *A. dolomiticum* KERN. HERB., i. e. forma filamentis ciliatis. Alpes orientales; Transsilvania (catena australis).

Formae 1 et 2 ceterum omnino glabrae vel in inflorescentia pilis solitariis praeditae.

3. *A. Hayekianum* M. = *A. dolomiticum* HAYEK. De notis diagnosticis cfr. supra. — Sanntaler Alpen.

4. *A. parviflorum* HOST.; cfr. M. B. L., 1909, 145. — Stiria superior.

5. *A. microstachyum* REICHB. Übers. Ac. 1819, p. 36. = *A. nanum* GÁY, i. M. B. L. 1909, 146 quoad plantam catenae montium *Transsilvaniae australis*.

A. nanum BAUMG. in Transsilv. boreali et in com. Mármaros ab hoc statura humiliore debiliore, racemo paucifloro, casside humiliore et pilositate pauciore, *laxa* neque adpressa differt.

6. *A. nanum* BAUMG. — Transsilv. bor. et comit. Mármaros.

7. *A. trichocarpum* REICHB. Übers. Ac. 1819, p. 29. inflorescentiae axis cum pedunculis sepalis ovariisque pilis patentibus mollibus vestita. Est forma villosa *A. taurici*. Filamenta ciliata. — Rarum — Tirol: Gross-Glockner (REICHB. l. c.), Gerlos (WALTER i. Hb. Univ. Wien).

Formis *A. taurici* inserendum est, sed facie magis differt.

8. *A. pseudohians* A. KERN. HERB. (*A. geraniifolium* sive *A. hians* KERN. olim in herb.) caule humili gracili glabro laxo folioso foliis pedato 5-fidis, parce laciniatis sinu fere recti lineo, inflorescentia laxi- et pauci-flora simplici v. racemulis paucis debilibus multo senioribus fulcrata, pedunculis tenuibus erectopatentibus elongatis, infimis tamen foliis fulcrantibus saepe brevioribus, sepalis glabris, margine ciliatis, casside aperta hiantes superne breviter rotundata in rostrum acutum v. acuminatum declivi, linea basali valde sinuata, nectarium calcare distincte capitato, stipite glabro v. ciliato, filamentis parce ciliatis, ovariis glabris.

Pustertal (ZIMMETER i. Hb. Kern. — In horto bot. Oenipontano cultum omnino constans manebat).

A. pseudohians A. KERN. habitu gracili, inflorescentiae, cassidis foliorumque forma *A. Funkianum* REICHB. ill. Ac. tab. LXVI. (quam conferas), pilositate diversum et ad formas *A. formosi* REICHB. pertinentem in mentem revocat et eius formam parallelam sistit.

2. *A. compactum* REICHB. etiam in Tirolia occidentali et Vorarlberg provenit, ibique *A. taurici* locum tenet. Vidi speci-

mina e Stiltserjoch, val di Non, mitte Peller, Nonsberg (= var. *bicolor* BRÜGG.), Imst, Trafoi, Zams, Gatschkopf et Augsburgerhütte pr. Landeck. Sannertal (in herb. principali Univ. Vindobon.), e pluribus locis Alpium Ötztalensium (in herb. A. Kerner: Univ. Vindob.), e Fimberalpe (in herb. Univ. Zürich.), dum *A. taurici* loca proxima e pascuis alpinis supra *Oenipontem* (VENTURI i. Hb. Univ. Vindob.) et e ditione *Brixen* (MACHMER ibid.; Prof. HEIMERL.) notavi, limes ergo occidentalis areae geographicae *A. taurici* in hac linea inquirendus.

Differt a typo *A. compacti* forma:

A. Grignae habitu robusto, foliorum duriorum maiorumque laciniis in universum latioribus nervis valde prominentibus, racemo terminali breviusculo crasso, racemis lateralibus brevibus copiosis rigidis fulcrato sepalisque durioribus. Forma aspectu magis quam verbis characteristicam et in exsiccatis semper statim cognoscenda, quae in caterva Grignae et in alpihus quibusdam Helvetiae vicinis exclusive provenire videtur:

ITALIA, PROV. di Como: Grigna merid. et septentr., Val Sassina, Costa di Prada, Val Monastero, Val Grassi Longhi, Val di Contra (GELLINGER i. Hb. Univ. Zürich. — Etiam planta a Prof. dre A. de DEGEN i. Grigna merid. lecta et in M. B. L. 1909, 154 sub *A. compacto* inserta ad f. Grignae pertinet; tamen in Italia etiam typus *A. compacti* provenit: Bormio, Livigno — Hb. Un. Zürich.).

HELVETIA. et. Tessin: Camoghe-Gebiet. Alp. Rivolta, Siti Amidi (M. JÄGGLI), Alp. Lombardone, Pizzo di Ruscada (J. BÄR). — Specimina in herb. Univ. Zürich asservantur.

Aconitum hebegynum DC.

Közl: { dr. Gäyer Gyula.
Von: }

Bei Bearbeitung der Aconiten des Herbariums von Herrn Direktor Dr A. v. DEGEN ist mir u. a. eine Schweizer Pflanze vorgelegen, welche BERNOULLI bei Mauvoisin, im Tale von Bagnes (Ct. Wallis) gesammelt und F. O. WOLF als *A. paniculatum* × *Napellus* bestimmt hatte. Da die Pflanze tatsächlich einem *A. paniculatum* × *compactum* ähnlich war und weitere Anhaltspunkte zu ihrer Deutung damals noch fehlten, so habe ich sie in meinen Vorarbeiten zu einer Monogr. d. europ. Aconitum-Arten unter die Hybriden eingereiht, und weil sie von den bis dahin bekannten Formen der obigen Combination verschieden war, als *A. valesiacum* bezeichnet (M. B. L. 1909, 197).

Seither wurde ich auf eine andere Spur gebracht. Herr Prof. Dr. Hans SCHINZ hatte mir nämlich die Aconiten der Züricher Universität zur Revision übersandt und da stellte es sich bald heraus, dass *A. valesiacum* wegen der Häufigkeit seines Vorkom-

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Ungarische Botanische Blätter](#)

Jahr/Year: 1911

Band/Volume: [10](#)

Autor(en)/Author(s): Gayer [Gáyer] Julius [Gyula]

Artikel/Article: [De Aconitis quibusdam alpinis. 194-196](#)